



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Antonius Iscida.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

SEPTEMBER.

Iapon.
Nangasa-
chi.
3. Sept.
1632.
etat. 63.
Soc 43.

Fides.

Mortif.

P. Antonius Iscida. Pintus.
Philosophiâ , & morali
 Theologiâ in Societate
 eruditus, eâ quâ pollebat di-
 cendi facultate per diligen-
 ter ad Iaponiæ suæ salutem
 utebatur, magno suo peri-
 culo, sed non minore ani-
 marum fructu. Anno 1629.
 tentus, religiosû sacerdotem
 se esse confestim confessus
 est. Spes illi certa vitæ obla-
 ta, si Christo nuncium re-
 mitteret: sed ille vitæ prius
 quàm Christo nuncium re-
 mittere se paratum esse aie-
 bat. Ferrum eius collo, pe-
 dibusque circumdatum, &
 indicta disputatio; in qua vi-
 ctor, cum tribus ex inclyta
 S. Augustini familia Patri-
 bus in custodiam detrusus,
 ibi

it
 Ca
 a
 e
 t
 v
 n
 f
 f
 a
 a
 a
 e
 c
 f
 f
 I
 S
 I
 a
 e
 f
 e
 t

ibi grandi, corpusque affi-
ctandi exemplis alius alium
accendebat. Is interea qui
eum prodiderat, miserâ mor-
te interijt. Sic illi annus non
vnus ductus inter carceris
molestias, cùm semper adese-
sent qui eum identidem ad
sectas Iaponicas inuitarent.
at ille incassum aiebat secū
agi: Christi se esse, ac fore:
agerent, cruciarent, occi-
derent. Ad minas respon-
debat: se vltra minas etiam
supplicia expeſtare; ac velle
se cum illis certare, vtra pars
prius, illine poenas irro-
gando, an ipse irrogatas fe-
rendo deficeret. Alios ex
alijs cruciatus in hebdoma-
das, menses, annos accer-
ferent, & mortem lentam
extenderent: hoc se in cau-
sa Christi cupere, hoc ex-
pe-

Fides.

*Magnus
animus.*

pectare, vt sentiat se mori.
Nec fortiùs dixit quàm fecit. Anno 1631.4. Decembris
aquis sulphureis variè cruciatus, suspendebatur, iun-
cturis vnde quaque vi dirà
extensis, & scapulis aqua
bulliente perfusis. Quo re-
rum articulo cum illum sui
ciues iterùm ad defectionem
lacefferent, atque vt Impe-
ratoriæ voluntati obedien-
ter annueret, seque verè Ja-
ponem esse ostenderet, inui-
tarent; his nihil motus, &
(quod omnes stupuère) ab
aqua nihil adustus est. Ita
per dies 30. nouis & semper
varijs læuitiæ artibus tortus,
iterùm carceri redditus, de-
mum hoc die lento igne
combustus est, victima glo-
riosa.

Est qui hoc die, anno 1645.
col-

collocet P. Petrum Romerum,
de quo nos 22 Martij. Is post
egregios annorū 34. labores
eo quē dixi modo cæsus est,
quia à vafro homine pro cō-
cione coram populo accusa-
tus, quòd nouam fidem pro-
mulgaret, viros à concubinis
abduceret, morum licentiam
ad Christi leges adstringe-
ret. Hæc in eum cū dice-
rentur; Petro horas canoni-
cas recitanti, & eorum in-
conscio, Breuiarium san-
guine immaduit; cuius ille
causam reperire non po-
tuit. Cæsus est cū ad
aram iret sacris operatu-
rus. Guiraqueraius eius
proditor fassus est (vt iurati
testes affirmant) necem il-
li odio nouæ fidei, & amore
Iaponicæ superstitionis illa-
tam.

P. Tho.